ut modo ostendimus, ergo per secundam huius angulus a b f, æquatur angulo a c f quod erat demõstrandũ. Secũda pars patebit demõstrata decima propositõe. QVINTA PROPOSITIO.

Si cuius trianguli, anguli supra basim fuerint æquales, latera seu crura illius trianguli erunt æqualia.



Sit triangulus a b c, cuius anguli supra basim b & c sint æquales, dico latera eius a b & a c esse æqualia. Quia si non sunt æqualia, erit alterum eorum longius, & sit illud a b. Resecetur ergo ad æqualitatẽ in puncto d, ut d b sit æqualis a c, & trahatur linea d c. Intelligo itaq; duos triangulos a b c totalẽ, & d b c partialẽ, Et quia duo latera unius ponuntur æqualia duobus laterib. alterius, latus scilicet d b æquale lateri a c, ipso b c existente communi, anguli etiã his æquis laterib. contenti, sunt positi æquales, per secundam itaq; huius, trianguli ipsi erunt inter se æquales, ut a b c triãgulus totus, triãgulo d b c partiali, quod ẽ impoßibile. SEXTA PROPOSITIO.

Datum angulum per æqualia diuidere.



Sit datus angulus ĩ duo æqualia secãdus. a. Lineæ ipsum cõtinẽtes si fuerĩt ĩæquales, resecentur ad æqualitatẽ, sint a b & a c. Et trahatur linea b c, super qua cõstituatur triãgulus siue æqlaterus siue æqcrurus b d c, et continuẽtur pũcta a d linea recta, q̃ angulũ datum diuidet. Intelligo enĩ duos